UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De S. Theostericto Monacho in Symbolis

urn:nbn:de:hbz:466:1-72556

Visual Library

A δικαιοσύνην αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπεκτείνοντα
Psalm. 111, 9. ἐσκόρπισεν καὶ τοῖς πένησι δέδωκεν, ὥστε λοιπὸν καὶ πάντων ἐν γλώσσαις ἐφέρετο καὶ τὸ ταύτης θεοκαλλώπιστον ὄνομα πᾶσιν ἦν ἐμμελέτημα [1]. Οὕτως οὖν τῶν θείων ἀρετῶν ἐν ἑαυτῇ συλλεξαμένη τὰ καίρια, οἷον τὸ προσηνές, τὸ ἱκέσιον, τὸ ἀόργητον, τὸ νηφαλέον, τὸ πρᾶον, τὸ ἥσυχον, τὸ ἀνεπίφθονον, τὸ ἀτάραχον, τὸ θεοφιλὲς καὶ φιλάδελφον, τὸ συμπαθές τε καὶ κόσμιον, πᾶσιν κόσμος ἀληθῶς ὑπῆρξεν, ὡς τιμίοις λίθοις τοῖς ἀρίστοις πλεονεκτήμασιν καταλάμπουσα. Τὴν ἐν τούτοις καὶ οὕτω προκόπτουσαν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἀπονενευκέναι ποτὲ πρὸς τὰ τῶν ἀντιπάλων αἰσχίονα παίγνια, μᾶλ-
Phil. 3, 13. λον δὲ ἀποστολικῶς εἰπεῖν τῶν μὲν ὄπισθεν ἐπιλέληστο, πρὸς δὲ τὴν κατ' ὄψιν τῶν ἀγαθῶν ἀκρώρειαν ἐπετείνετο· καὶ γὰρ ἦν τῆς τῶν δυσμενῶν δαιμόνων πείρας πολυμαθὴς καὶ πολύτροπος, ὡς ἐκ βρέφους πρὸς τὴν τούτων πάλην ἀποδυσαμένη καλῶς καὶ νικήσασα. Καθ' ἑκάστην γὰρ τὴν τούτων προσβολὴν καὶ ἐπή-
B ρειαν, τὰ παρ' ἑαυτῆς προβάλλουσα διὰ προσευχῆς ἀγωνίσματα, ἀνέτρεπεν τὴν ἐπιβουλὴν καὶ τὴν διακενῆς ματαιότητα· ὅτε γὰρ τὴν τῶν ἡδονῶν τῆς σαρκὸς ὑπετίθεντο οἱ κακοὶ τῶν κακῶν δημιουργοὶ καὶ προμνήστορες δαίμονες καὶ τῶν ἐπ' ὀμφαλοῦ γαστρὸς παθῶν ὑφῆπτον τὸν κλίβανον, αὕτη τῆς ἐγκρατείας ἐπιδαψιλευομένη τὴν ἔνδειαν καὶ τὰ ταύτης κατεντρυφῶσα ὀψώνια καὶ τῷ κόρῳ τῆς προσευχῆς ἐκμαθοῦσα καὶ τῇ ἀγρύπνῳ μελέτῃ τῶν θείων λογίων τὴν ψυχὴν ἐπαλείφουσα, τὸ παχὺ καὶ ὑλῶδες τῆς σαρκὸς ὑπέσπα καὶ ὑφεῖλεν· ᾔδει γὰρ καλῶς ἀντιπαλαίειν τοῖς τῆς κακίας εὑρήμασιν καὶ τὰς πρὸς τὴν σάρκα τούτων μηχανὰς ἀποκρούεσθαι. Ὅτε δὲ τὸ τῆς λιχνείας ἁβροδίαιτον αὐτῇ ὑπεδείκνυον, προτιθέντες τὴν ἐνθένδε τρυφὴν τῆς ἐκεῖ ἀπολαύσεως καὶ διὰ ταύτης τὸν τόνον τῆς ἀρετῆς ὑποχαλᾶν κατηπείγοντο, αὕτη τοῦ πρώτου Ἀδὰμ τὸ περὶ τὴν τρυφὴν προπετές, δι' οὗ τοῦ παραδείσου καὶ τῆς ἀκαμάτου ζωῆς ἀπεξένωται, προορῶσα καὶ βλέπουσα, εἶτα καὶ τὴν Ἡσαῦ τῶν πρωτο- Gen. 27.
τοκίων διὰ τρυφῆς ἀπεμπόλησιν ἐννοοῦσα, ὧν τὴν κτῆσιν ὁ ἁπλούστατος Ἰακὼβ ἐκπριάμενος τὸ διορατικὸν Θεοῦ κεκληρονόμηκεν ὄνομα, ἀποφέρουσα [2].... E

VITA

5. — [1] ἐν μελέτημα cod. — [2] cetera desunt.

DE S. THEOSTERICTO

MONACHO IN SYMBOLIS

SAEC. IX ? — H. D.

Symbolorum monachi illustres.

Monasterium ἐν Συμβόλοις in tractu montis Olympi apud hagiographos non incelebre est. Habuit quippe hegumenos, praeter Gregorium qui synodo VII subscripsit: ἡγούμενος τῆς ἁγίας Θεοτόκου Συμβόλων (1), *Theoctistum illum de quo in Vita S. Platonis* (2) *et in epistulis S. Theodori Studitae* (3), *sed et ipsum S. Platonem. Synaxaria, ad diem 21 februarii, referunt elogium* τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Τιμοθέου τοῦ ἐν Συμβόλοις (4). *Fuit et anonymus huius coenobii oeco-* C *nomus, qui plurima pro fide orthodoxa perpessus, a S. Theodoro Studita, in litteris ad eum datis, laudibus cumulatur* (5). *Accedit hodierna synaxariorum annuntiatio :* τοῦ ὁσίου Θεοστηρίκτου μοναχοῦ τοῦ ἐν Συμβόλοις, *vel ut in aliis est libris :* Θεοστηρίκτου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ ἐν Συμβόλοις τοῦ Ὀλύμπου (6). *In nonnullis codicibus ad diem sequentem reiectus est* (7). *A recentioribus item die 17 februarii recolitur memoria* τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοστηρίκτου, *nulla adiecta laudatione praeter iocum illum metricum, quo et Theosterictum nostrum exornant :*

Theosterictus

Θεοστήρικτος τὸν Θεὸν πήξας βάσιν
ὄντως θεοστήρικτος ἔργοις ὡράθη (8).

an ille idem

Nihil praeterea e fastis colligitur, nec ulla S. Theosterici supersunt Acta. Fuit quidem in Bithynia Theosterictus monachus non incelebris, qui S. Nicetae hegumeni Mediciensis, cuius et discipulus fuit, Ἐπιτάφιον *conscripsit* (9). *S. Nicetam* πατέρα ἡμῶν *constanter vocat, monasteriumque Mediciense* τὴν ἡμετέραν μονήν (10), *ibique, dum scribebat, vitam egisse dicendus est, non vero* ἐν Συμβόλοις. *Verumtamen hoc notandum est, coenobium Symbolorum non vicinia sola sed et instituti similitudine cum Mediciensi arte coniunctum fuisse, quod vel ex iis efficitur quae ipse Theosterictus narrat de Athanasio, monacho* ἐν Συμβόλοις (11). *Fuit ille e suo monasterio a patribus* F *evocatus ad Mediciense, et a Nicephoro hegumeno Nicetae socius adiunctus. Alio autem loco refert biographus se defuncti Nicetae exsequiis interfuisse eiusque corpus cum fratribus utriusque monasterii Medicium deduxisse :* πάσῃ ἡ ἀδελφότης ἀμφοτέρων τῶν μοναστηρίων προεπέμπομεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν μονήν (12). *Porro, ut acute notavit Papebrochius* (13), *alterum erat monasterium Symbolorum. Si quis contenderit Theosterictum eo potuisse amandari quemadmodum Athanasius ad Medicium vocatus fuerat, equidem non denegabo ; neque tamen concedam id factum fuisse donec certis constet testimoniis. Erravit qui Theosterictum Mediciensem, post Nicetae obitum, hegumenum* τῆς Πελεκητῆς *creatum fuisse asseruit* (14). *Hegumenus ille cognominis iamdudum vivere desierat* (15).

qui et Medicius monachus fuit?

(1) Hardouin, *Concilia*, t. IV, p. 285 c. — (2) *Act. SS.*, April. t. I, p. 367. — (3) Epist. 215 ap. Mai, *Nova Patrum bibliotheca*, t. VIII, p. 183. — (4) *Synax. Eccl. CP.*, p. 479. — (5) *Epist.* 215, 255, Mai, t. c., pp. 183-84, 207. — (6) *Synax. Eccl. CP.*, p. 205. — (7) Ibid., p. 211. — (8) Dukakis, *Μέγας Συναξαριστής*, februar., p. 284. — (9) *BHG.* 1341. — (10) *BHG.* 1341, n. 12. — (11) De quo *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 963-65. De monasterio Symbolorum etiam nonnulla collecta sunt Oct. t. X, pp. 917, 918. — (12) *BHG.* 1341, n. 48. — (13) *Act. SS.*, Aprilis t. I, p. 266. — (14) A. Hergès, *Médicius*, in *Bessarione*, t. V (1899), p. 11. — (15) *P.G.*, t. C, p. 1164.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN